MONUMENTUM
HONORIS PRÆCLARUM
VIRI
MAGNIFICI, GENEROSI ET AMPLISSIMI
DOMINI
GEORGII AUSTEN,
REIPUBLICÆ THORUNENSIUM
PRAE-CONSULIS GRAVISSIMI,
AC p. t. PRAESIDIS DIGNISSIMI,
A. M.DCCXVI. D. XXI. OCTOB. MED. NOCT. POST ACERBISSIMOS
JUXTA AC INTOLERABILES CORPORIS DOLORES
REBUS MORTALIUM EREPTI
IPSO EXEQUIARUM SOLENNISSIMARUM DIE,
QUI *ERAT* XXVIII. OCTOB.
PIA MENTE EX DEBITA OBSERVANTIA COHONESTARE
VOLUIT

HENRICUS REICHEL,
GYMN. COLL.



THORUNII,
Impressit Joh. Nicolai, NOB. SENAT. & GYMN. Typ.

admus bey dem Brunn Libethris hat gethan/

L. A.

MONVMENTVM QVOD VIDES

MUNIMENTUM EST

VIRI

MAGNIFICI AC GENEROSI

DOMINI

GEORGII AUSTEN

PRO-CONSULIS AC p. t. PRÆSIDIS REIPUBL. THORUNENSIUM

GRAVISSIMI

VERE NON PARVI MOMENTI

MUNUS ENIM

QVOD PUBLICE GESSIT

MAGNA IN SE CONTINEBAT MOMENTA

QVAMOBREM

GNARUS SATIS

SÆPE

EX PARVIS MAGNARUM RERUM PENDERE MOMENTA

OFFICIORUM OMNIUM MOMENTA DILIGENTER PERPENDIT

SED

MOMENTO RAPTUS

MONUMENTUM HOC SIBI FIERI VOLUIT

POSTQVAM

MOMENTUM TEMPORIS

CUM ÆTERNITATE

EXTRA OMNE MOMENTUM CONSTITUTA

COMMUTAVIT

MORS EJUS

NUL.

NULLIS OPTATA

NEMINI SPERATA

SINGULIS LACRYMOSA

MULTIS DAMNOSA

OMNIBUS DOLENDA

TU

QVISQVIS ES

L. A.

QVOTIDIE ALIQVID ADVERSUS MORTEM AUXILII

TIBI COMPARA

ET

MEMOR MORTIS

QVÆ CUIQVE QVASI SAXUM TANTALO SEMPER

IMPENDET

AC PROPTER INCERTOS CASUS AC VITÆ BREVITATEM

SINGULIS MOMENTIS

NUNQVAM LONGE ABESSE POTEST

DISCE

MOMENTANEUM ESSE QVOD DELECTAT

ÆTERNUM VERO QVOD CRUCIAT

HINC

VITÆ TUÆ

QVÆ

NON NISI

PALLIATA MISERIA

FATORUM SEMITA

VANITATIS SPECULUM

VARIORUMQVE PERICULORUM SCALA

SINGU-

...admus bey dem Brunn Liberbris hat getvan/

SINGULA MOMENTA SIC PERPENDE
NE
TE EA NON PERPENDISSE
ALIQVANDO
MOMENTO TEMPORIS VALEDICTURUS!
AT
SERO NIMIS
POENITEAT
LECTOR
HIS LECTIS
PAULLOQVE ALTIUS
ALTÆ MEMORIÆ
MEMORIQVE MENTI
IMPRESSIS
ABI.

✠ ✠ ✠ ✠

GEORGIUS AUSTEN
Per Anagramma purissimum:
EN GAVISVS TEGOR

Igne [*] pedes læsus morior, sed ad æthera celsa
Subvectus, cano ovans: *Ignis Amoris*, ave!
Fata, manete procul! scando *gavisus* Olympum,
En! *tegor* a JESV nunc super axe meo.

(*) Per Synechd. Gramm.